



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 137. Bellum Ferdinandum Austriacum inter & Venetos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. A. C. 1616. apertius erupere, in extremum An-
 cræi excidium, uti memorabimus: Nec
 etiam Regio hoc rescripto firma rediit
 Principum concordia; cum enim non-
 nullis illud ab Ancræo ad Principes pa-
 cis securitate sopiendos profectum exi-
 stimarent, Regemque de contrahendo
 exercitu novo valde sollicitum esse, imo
 a Regiis copiis Bullionii & Myæenii re-
 giones infestari cernerent, hinc illi, &
 præcipue Nivernius Dux se ad defen-
 sionem parabant, necnon Bullionius die
 decima quarta Decembris datis ad Re-
 gem literis de hac violentia quereba-
 tur, cui tamen Rex die vigesima septi-
 ma Decembris respondit, militem suum
 ad ea loca fuisse missum, ut machina-
 tiones adversus Regis, regnique sui
 quietem, pactorumque fidem coeptas
 everteret, & subditos ad debitam obe-
 dientiam reduceret.

§. CXXXVII.

*Bellum Ferdinandum Austriacum in-
 ter & Venetos.*

Sleid. rediv.
i. 21. pag.
1468.
Ferrar. hist.
Hisp. tom.
II. 6. 2.

Novum hoc anno bellum inter Ferdi-
 nandum Austriæ Archiducem, &
 Venetam Rempublicam exarsit, &
 origo hæc erat. Fuit mortalium genus
 quoddam, incertum an ex Istris, aut
 aliis Illyribus, an Adriaticis denique
 potius

potius oriundum? hos homines vulgo *Sæc. XVII.*
 Uscochos appellant, quorum non pau- *A. C. 1616.*
 ci sedibus suis extorres, terra marique
 prædas agebant, atque ab aliquot retro *Jacob.*
 annis Istriae, Carnorumque ditionis vi- *Franc. rel.*
 ciniam ac maritima Venetorum, Tur- *Hist. p. 108.*
 carumque loca foede populabantur, ex *Sarp. tract.*
 suis portibus, maritimisque diverforiis *de Uscoch.*
 in Regiones, navesque impetum atque
 insultum continuo facientes: Cum ergo
 Turcæ, ut sese ulciscerentur, mare in-
 festum redderent, ac Christianis, &
 præcipue Venetis triremes non sine san-
 guinis profusione eriperent, Respublica
 Oratores in Styriam ad Ferdinandum
 II. Austriae Archiducem Græciji tum
 agentem decrevere, qui super immani-
 bus Uscochorum, Archiducis imperio
 subjectorum prædationibus exoptulent,
 ablata repetant, & sarciri damna ro-
 gent. Excusabat Ferdinandus suam
 e locis tam remotis, rumorum inscitiam,
 Uscochorum violentias execrans: mox
 etiam ad Zengæ urbis Sclavoniae Præ-
 torem, ac stipendiariae Uscochorum
 militiae Tribunal mandata dedit, ut
 in hosce piratas acurate inquirerent,
 reosque e rigore legum plecterent. Hæc
 ita a Duce mandata, sed ab iis forte
 mercenaria eorum indulgentia, penitus
 neglecta: unde Uscochi jam Archidu-
 cis, etiam imperiis indomabiles effecti,

Sæc. XVII. A. C. 1616. novoque Venetorum querelas ulciscendi ardore animati, horum naves interciperi continuabant. Eapropter Veneti de Senatus amplissimi sententia hosce piratas terra marique opprimere decrevere, constitutis Venieto validæ classis Præfecto, atque Pompejo Justiniano exercitus terra bellaturi Prætor, qui in Foro Julii ditionem continuo irrumpens, promotis castris loca, quæ Palmam & Gradiscam interjacent, occupat, cunctaque Austriacæ Jurisdictionis terræ spatia, etsi ibidem Uscochorum nullus uspiam fuerit, fœde devastat: Primos hostium impetus tempestive retardabat Trautmanstorffius Ferdinandæi exercitus Ductor, qui positis Gradiscæ castris arcem, quantum per tempus licuit, valide munire cœpit: Pompejus vero die quinta Martij omni studio ac contentione Gradiscam urbem cingit, atque fedecim belli tormentis assidue acriterque mœnia verberat, Austriacis haud segnus in Italica castra erumpentibus, crebrasque hosti clades inferentibus: tandem post varios impetus incassum tentatos, post ingentem suorum cædem, die vigesima octava ejusdem Mensis Veneti missa ad Præfidiarios tympanista inducias fieri petierunt, his vero denegatis noctu obsidionem solverunt, præfidiariis fugitivos frustra insequentibus.

Inveni-

Sæc. XVII.
A. C. 1616.

Ineunte Aprili Uscochi magno numero ad varia Venetorum loca adventantes, erecto S. Marci vexillo se a Pompejo in præsidium missos mentiebantur: admisi vero obvios quosque trucidarunt, optima præda ad suos reversi. Interea mutuis prædationibus utrinque certatum, Austriacis Rovignum, Venetis Croaticam devastantibus. Suadebant pacis consilia Pontificis Legatus, & Andreas Manriquez Hispaniæ Regis Orator, quibus tamen Veneti reponebant, se nullam concordiam tractationem suscipere posse, nisi Ferdinandus Uscochos e locis, e quibus se toties ad clades Venetis inferendas effudissent, expelleret, ac commeritas ab eis poenas sumeret. Nihilominus Hispaniæ Orator denuo Venetias profectus, Reipublicæ proposuit, quod Ferdinandus ex Uscochis nocentiores plectere, ceterosque ex omnibus suis ditionibus ejicere paratus esset, dummodo Veneti loca hucusque eidem erepta restituerent: pariter Marchio Bedmarus Hispaniæ Regis Orator, necnon summi Pontificis, atque Etruriæ Ducis Legati Venetos ad acceptandam hanc pacis conditionem inclinare, totis viribus nitebantur, irrito tamen prorsus conatu.